Mythologia, Padoue, 1616 - 67 : Les trois Grâces

Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)

Collection Série C - 1615. Filippo Ferroverde, Nove Imagini degli dei (Padoue)

Nove Imagini, Padoue, 1615 - Annot. 18 : Les trois Grâces *a pour reproduction ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Présentation du document

Publication*Mythologiae, siue, Explicationis fabularum libri decem*, Patavii, Apud Petrumpaulum Tozzium, ex typographeio Laurentij Pasquati, 1616
ExemplaireHathiTrust : Getty Research Institute - https://catalog.hathitrust.org/Record/100240830
Formatin-4
Paginationp. 255
Exposition virtuelleLa "Mythologie" et ses gravures
Notice créée par Maria Laura Cucciniello Notice créée le 11/09/2023 Dernière modification le 25/11/2024

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7786?context=pdf



Fichier issu d'une pag

Eſt fontem nactus forte perennis aqua,
Saluete: atque domum placida hanc accedite auguas
aquoſam:
Hic puros latices inuenietis enim.

Nam profectò crediderunt antiqui ſi quem fontem, vel vtilem aquam excauantes repetiſſent, illud eſſe nympharum munus pro qua aqua ſacrificia offerre conſueuerunt. Aliæ marinæ putabantur, vocabanturque Nereides. Quod verò loca nonnulla forent Dijs varijs conſecrata, & qua de cauſa id fieret, teſtatus eſt Dion. Halicarn. libro primo hoc pacto: ὄρη μὲν καὶ νάπας Πανί, λειμῶνας δὲ καὶ τεθηλότα χωρία νύμφαις, ἀκτὰς δὲ καὶ νήσους πελαγίοις δαίμοσι, τῶν δ' ἄλλων, ὡς ἑκάστῳ τι θεῶν καὶ δαιμόνων οἰκεῖον. *Montes quidem & ſaltus Pani, prata & loca virentia Nymphis, & inſulas marinis numinibus, ex ceterìs locis vnicuique Deo, ſicut illius naturæ conuenit.* Pauſanias in Phocenſibus quandam ex Nymphis Lilæam nominat Cephiſi filiam, atque alibi de Maria mentionem fecit indigena Arcadum Nympha atque Nymphas inquit non eſſe quidem omnino ſempiternas aut mortis expertes, ſed innumerabilem penè annorum numerum viuere, & id de antiquorum poetarum ſententia. Afflabantur vates non minus Nympharum, quam cæterorum Deorum numine quare ſcripſit Pauſanias idem in Meſſeniacis, nonnullos Nympharum numine afflatos ciuitatum ruinas prædixiſſe: quippe cum illæ diuinationum etiam putarentur autores. Lac & oleum illis offerebatur, cum ſacra fierent, vt ſcripſit Theocritus in Viatoribus in his:

στασῶ δὲ κρατῆρα μέγαν λευκοῖο γάλακτος
ταῖς νύμφαις, στασῶ δὲ καὶ ἁδέος ἄλλον ἐλαίω.

At ſtatuam lactis magnum cratera decoris
Nymphis: mox alium pinguis ponetur oliui.

Con-

Digitized by INTERNET ARCHIVE
Original from THE GETTY RESEARCH INSTITUTE

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7786?context=pdf